



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118529

§. 88. Sex Episcopi Synodus Tridentum revocandam censentes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66608)

Sæcul. XVI gra fide servatus etiamnum adhiben-
A.C 1547. dus esset, cunctisque ex plurimorum
 sententia liberum foret, vel Synodum
 rursus transferre, vel eandem omni-
 absolvere: si argumenta, ob quæ Con-
 cilium fuit convocatum, plene definita
 censuerint. Ad hæc Legatus pronun-
 tiavit, quod juxta horum sententiam
 nomine Concilii literæ ad Pontificem
 prescriberentur, eæque postera die in
 Patrum conventu recitarentur. Porro
 Episcopi, qui adversæ adhærebant sen-
 tentiæ, erant Fesulanus, Motulanus,
 Portuensis in Lusitania, Aquinatensis,
 Wigorniensis, & Venusinus, qui suæ
 oppositionis rationem reddebant, quam-
 vis contrarium sensisse vix dici queat,
 cum nonnisi sententiam conditionibus
 pro Synodi reditu parum faventibus
 temperatam tulissent.

§. LXXXVIII.
*Sex Episcopi Synodum Tridentum
 revocandam censentes.*

Pall. I. 10. c. *¶ n. 3. & 5.* E nimvero Vigorniensis Episcopus præ-
 primis pronuntiabat, opportunam
 sibi videri Concilii revocationem, de
 cetero autem se Legati judicio commit-
 tere: hac igitur ratione ferme commu-
 ni ceterorum sententiæ assensit. Bal-
 thasar vero Limpus Portuensis Episco-
 pus,

pus, necnon Galeatus Florimontius A-Sæcul. XVI.
 quini Antistes Synodi redditum compro- A.C. 1547.
 barunt quidem, hanc tamen conditio-
 nem adjecerunt, ne Decreta Tridenti
 promulgata novo subjicerentur ex-
 mini. Praccius Martellus Fesula-
 nus, & Alvarus Quadrius Venusinus
 Episcopus, qui ex Hispanis solus Bo-
 noniæ erat, omnino redeundum esse
 censuerunt. Denique Angelus Pascha-
 lis Dalmatiæ Episcopus, Tridentum es-
 se repetendum judicavit, dummodo nul-
 la alterius rei ratione habita libertati
 Concilii cautum foret.

§. LXXXIX.

Bononiensis Synodi Epistola ad Papam.

Interea literæ, quas ad Papam trans-
 mittere sanctum fuerat, unanimi
 consensu a Massarello Synodi Secretario
 compositæ fuere, quæ etiam satis eli-
 matæ in conventu die vigesima Decem-
 bris habitu publice prælegebantur, non-
 nulli tamen aliqua in iis carpebant, quo-
 rum opiniones, ac dubia benignis om- Pallav. l. c.
 nino auribus excipiebantur: interim
 cuncti censebant, hanc Epistolam ad
 Legatum esse remittendam, ut non-
 nulla, prout ei bene visum fuerit, im-
 mutaret, vel corrigeret. Postera die

E e 2. hæ